Thomae de Aquino

Lectura super epistolam secundam ad Thessalonicenses

Prooemium

Congregamini, ut annuntiem
quae ventura sunt vobis, diebus novissimis, etc.

1. – Haec verba competunt huic epistolae. Duo enim tanguntur quae ei conveniunt, scilicet [1] fructus, et [2] eius materia.

Unde dicitur "ut annuntiem", etc.

[2] Agitur enim in ea de his, quae ventura sunt in diebus novissimis, quae sunt tria, scilicet

[2.1] pericula Ecclesiae, tempore Antichristi. II *Tim*. c. III,1: "In novissimis diebus instabunt tempora periculosa", etc..

[2.2] Item malorum supplicia. *Ps.* LXXII,17: "Donec intrem sanctuarium Dei", etc. "Verumtamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum allevarentur."

[2.3] Item praemia bonorum. *Prov*. ult. [XXXI,25]: "Fortitudo et decor indumentum eius." Et de his agitur in hac epistola.

2. – [1] Utilitas ostenditur, quia "congregamini". Sic acquiritur ex hac epistola

[1.1] congregatio, scilicet concordantium in veritate, quia dis-cordabant de iudicio futuro, propter hoc quod dicit in prima epistola [IV,16]: "Deinde nos qui vivimus", etc. *Ps.* CXLVI,2: "Dispersiones Israelis congregabit."

[1.2] Item voluntatum, quia cum considerant quod quaecumque temporalia sunt, in novissimo mundi peribunt, datur intelligi quod eos congregant ad unum

Thomas von Aquin

Lesung über den zweiten Brief an die Thessalonicher

Vorrede

Versammelt euch, damit ich euch ankündige,
was in den letzten Tagen geschehen wird. (Gen 49,1)

1. – Diese Worte entsprechen diesem Brief anwendbar. Es wird darin nämlich zweierlei angesprochen, was auf ihn zutrifft, nämlich [1] seine Frucht und [2] sein Inhalt.

[2] Daher heißt es: „damit ich euch ankündige".

Es wird darin nämlich von demjenigen gehandelt, was in den letzten Tagen geschehen wird. Dies ist dreierlei, nämlich

[2.1] die Gefahren für die Kirche in der Zeit des Antichristen. „In den letzten Tagen werden gefährliche Zeiten kommen" (2 *Tim* 3,1).

[2.2] Ebenso die Strafen für die Bösen. „Bis ich in das Heiligtum Gottes eintrete [und Einsicht erlange in ihr Ende]" usw. (*Ps* 72,17). „Wahrhaftig, wegen ihrer Hinterlist hast du es ihnen gesetzt; du hast sie hinabgestürzt, während sie sich erhoben."

[2.3] Ebenso die Belohnung der Guten. „Stärke und Anmut sind ihr Gewand" (*Spr* 31,25).

Und von diesen Dingen handelt dieser Brief.

2. – [1] Sein Nutzen aber wird angezeigt, wenn es heißt: „Versammelt euch". Denn dieser Brief bewirkt Gemeinschaft

[1.1] nämlich derer, die in der Wahrheit übereinstimmen. Denn sie waren untereinander uneins über das künftige Gericht aufgrund dessen, was der Apostel im ersten Brief gesagt hatte: „Dann werden wir, die Lebenden, [die übrig bleiben, zusammen mit ihnen in die Wolken entrückt werden]" usw. (1 *Thess* 4,17). „Die Zerstreuten Israels wird er sammeln" (*Ps* 146,2).

[1.2] Ebenso [eine Gemeinschaft] des Willens, denn wenn sie bedenken, daß alles Zeitliche am Ende der Welt vergehen wird, wird man verstehen, daß sie sich um das eine sammeln,

quaerendum, scilicet caeleste praemium. *Eccli*. XXX,24: "Congrega cor tuum in sanctitate eius."

[1.3] Item cogitationum ad unam stabilem veritatem. *Is*. ult. [LXVI,18]: "Ego autem opera eorum et cogitationes eorum venio ut congregem", etc.

3. – Sic ergo patet fructus et materia,

[a] quia in prima munivit eos contra persecutiones praeteritas,

[b] hic munit eos contra futuras.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

das es wert ist, zu suchen, nämlich den himmlischen Lohn. „Versammle dein Herz in seiner Heiligkeit" (*Sir* 30,24).

[1.3] Ebenso [eine Gemeinschaft] der Gedanken an eine feste Wahrheit. „Ich aber komme, um ihre Werke und ihre Gedanken zu versammeln" (*Jes* 66,18).

3. – Und so sind Frucht und Inhalt dieses Briefes offenkundig,

[a] denn im ersten Brief wappnete er sie gegen vergangene Verfolgungen,

[b] während er sie hier gegen zukünftige wappnet.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)